



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

En Damvs Chronicon

Eusebius

Basileae, 1529

VD16 VD16 E 4266

D. Hieronymi Presbyteri Ad Chronicon Evsebii Adiectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

A D. HIERONYMI

PRESBYTERI AD CHRONICON EV

SEBII ADIECTIO.

Romanorum.



Vt usq; historiam scribit Eusebius Pamphili martyris contu-
bernalis, cui nos ista subiecimus.

Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in ciuitate
Sicæ ad declamandū iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus
ad credulitatē somnijs cōpelleretur, neq; ab Episcopis im-
petraret fidem quam semper impugnaverat, elucubrauit ad-

Arnobius

Anni mūdi.		Anni domini.
	uerlus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandē uelut quibusdā obsidib; pietatis fœdus impetrauit.	
Oly. 277.	21 Drepanam Bithyniæ ciuitatem in honorem martyris Lu- ciani ibi conditam, Constantinus instaurans ex uocabulo matris suæ Helenopolim appellauit.	330
	22 In Antiochia Dominicum quod uocatur aureum ædifi- cari ceptum.	331
	Constantinus uxorem suam Faustam interficit. Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatiani.	
B	Antiochia post Thiramnum XX ordinatur Episcopus Vitalis, post quē Philogonus XXI, cui succedit XXII Paulinus, post quē XXIII Eustathius, quo in exiliū ob- fidem truso, usq; in præsentem diem Ariani ecclesiam oc- cupauerunt, id est Eulabius, Eusebius, Euphronius, Pla- cillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoi- cus, Dorotheus, rursus Meletius, quorum idcirco tem- pora non digessi, eò quod hostes potius Christi, quam E-	
550	23 Iuuenicus presbyter natione Hispanus (piscopos iudicem. nus, Euangelia heroicis uersibus explicat, Porphyrius misso ad Constantinum insigni uolumine, exilio liberatur.	332
	24 Alexandriæ ecclesiæ XXXVI ordinatur Episcopus Athanasius, qui ab Arianis persecutus ad Constantinum refugit.	333
	25 Constantinopolis dedicat penè omniū urbiū nuditate. Metrodorus Philosophus agnoscitur.	334
Oly 278.	MARCUS XXXII Romæ ordinatur Episcopus mēsi bus 8, post quē Iulius XXXIII ordinatus est an: 16. mens: 4.	
	26 Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.	335
	27 Romani Gothos in Sarmatarum regione uicerunt, Constantinus filius Constantini prouehitur ad regnum.	336

spolinda

Luisburg

as atq; iulij pass

*in Hist. miscella. l. XI.
12ahj. er.*

Pestilentia

D. HIERONYMI PRESBYTERI

C	Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
		Pestilentia & fame innumerabilis multitudo in Syria Ciliciaq; periit.	
	28	Sarmatæ litigantes, dominos suos qui nunc Arcaragan	337
	29	tes uocantur, facta manu in Romanū solū expulerūt.	338
Oly.		Callocerus in Cypro res nouas molitur, & opprimitur.	
279.	30	Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium monachum literas mittit.	339
		Tricennialibus Constantini Dalmatius Cæsar appellat. Pather Rhetor Romæ gloriosissime docet. Nazarij Rhetoris filia Eunomia uirgo Christiana in elo- quentia patri cœquatur. Tiberianus uir disertus Prætor. Gallias regit. Eustathius Constantinopolitanus presbiter agnoscitur, cuius industria in Hierosolymis Martyriū constructū est.	
	31	Constantinus extremo uitæ suæ tempore ab Eusebio Ni comedienſi Episcopo baptizatus in Arianum dogma de- clinat, à quo usq; in præfens tempus ecclesiarum rapinæ, & totius orbis est secuta discordia.	340.
		Constantinus cum bellū pararet in Persas, in Ancyrone uilla publica iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ 66, post quem libericius tres ex Cæsaribus Augu- sti, appellantur.	
		CONSTANTINVS, Constantius, & Constans XXXV Romanorū regnauerūt an: 24. mensib: 5. dieb: 12.	
	1	Abladius Præfectus Prætorij, & multi nobilitū occisi. Sapor rex Perfarum Mesopotamia uastata, duobus fermè mensibus Nisibin obsidet.	341
		Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus confor- tem regni filijs reliquerat, factione Constantij patruelis, & tumultu militari interimitur, anno imperij sui tertio. Iacobus Nisibenus Episcopus agnoscitur, ad cuius pre- ces sæpe urbs discrimine liberata est.	
5540	2	Ex hoc loco impietas Ariana Constantij regis fulta præ- sidio, exilijs, carceribus, & uarijs afflictionum modis, pri- mo Athanasium, deinde omnes non suæ partis Episco- pos persecuta est.	342
Oly.			
280.			
	3	Constantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquileia Alsam occiditur. Vario euentu aduersum Francos à Constante pugnat.	343
	4	Multæ orientis urbes terramotu horribili conciderunt. Audæus in Syriacæle clarus habetur, à quo hæresis Audæana.	344
		Franci à Constante perdomiti, & p x cum eis facta.	

Hermogenes

Constantinus Iunior B.

Anni mudi.	Romanorum.	Anni domini.
A	Hermogenes magister militiæ Constantinopolim tra- ctus à populo ob Episcopū Paulum, quem regis imperio & Arianorum factione pellebat.	
5	Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur. Macedonius artis Plumariæ in locum Pauli ab Arianis Episcopis subrogatur, a quo nunc hæresis Macedoniana. Paulus crudelitate Præfecti Philippi, nam fautor Mace- donij partium erat, & Arianorum insidijs strangulatur.	345
Oly. 281.	6 Maximinus Treuirorum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandria Episcopus, cū à Constanti- no quareretur ad pœnam, honorifice susceptus est.	346
7	Sapor Persarum rex Christianos persequitur. Neocæsarea in Ponto subuersa, excepta ecclesia ac Epi- scopo, cæterisq; qui ibidem reperti sunt. Titianus uir eloquens Præfecturam Pratorij apud Gal- lias administrat.	347
8	Athanasius ad Constantis literas Alexandriam regredit. Dyrrachiū corruit terramotu, & tribus diebus ac nocti- bus Roma nutauit, plurimæq; Campaniæ urbes uexatæ.	348
9	Magnis reipublicæ expensis in Seleucia Syriæ portus effectus.	349
B	10 Rursum Sapor tribus mensibus obsidet Nisibin. Eusebius Emisenus Ariana signifer factionis, multa & uariâ conscribit. Solis facta defectio.	350
Oly. 282.	11 Bellum Persicum nocturnum apud Singarum, in quo haud dubiam uictoriam militum stoliditate perdidimus. Neq; uero ullum Constantio ex nouem grauissimis præ- lijs contra Persas grauius bellum fuit: nam ut alia omittā, Nisibis oblecta, Bizabdæ & Amida captæ sunt. Maximus quadragesimus post Macharium Hieroso- lymorum Episcopus moritur, post quem ecclesiā Ariani inuadunt Cyrillus, Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus, quorū Cyrillus cum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Casariensi, & cate- ris Arianis Episcopis Episcopatus promitteretur, si ordi- nationem Maximi repudiasset, Diaconus in ecclesia min- strauit: ob quam impietatem sacerdotij mercede pensa- tus, in Heraclium quem moriens Maximus in suum lo- cum substituerat, uariâ fraude sollicitans, de Episcopo in presbyterum regradauit, quo in exilio ob fidem truso, omnes clerici iurauerunt ut nullum alium susciperent.	351

P Verum

Idest scriptis omisi
dignos verbi gratia
ex Manam Scoti
exemplum seu Damasi
restituenda sunt hui
modo
Liberius papa Rom.
(eiusdem Acacy facti
one) in exilium mitti
fuit, quo in exilium
truso est.

D. HIERONYMI PRESBYTERI

Annus mundi.	Annus Romanorum.	Eventus	Annus domini.
		Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus plurimi peierauerunt, & post annum cum Felice eieci sunt: quia Liberius tædio uictus exilij, & in hareticam prauitatem subscribens Romam quasi uictor intrauerat. (scopus.	
5550	12	LIBERIVS XXXIII Rom: ecclesie ordinatur Episcopus	352
	13	† Magnētio apud Augustodunum arripiente imperium Constantinus haud longe ab Hispania in castro, cui Helenæ nomen est, interficitur, anno ætatis 30, imperij uero sui anno 13, quamobrem turbata republica Vetricio Muræ, Nepotianus Romæ Imperatores facti.	353
	14	Victorinus natione Afer Romæ Rhetoricam docet.	354
Oly. 283.	15	Romæ populus aduersum Magnentianos rebellans, ab Heraclida Senatore proditur.	355
	16	Nepotiani caput pilo per urbem circumlatum, multarumq; proscriptiones nobilium & cædes factæ.	356
	17	Vetricioni apud Narsum à Constantio regium insigne detractum.	357
		Magnētius Muræ uictus, in quo prælio Romanæ uires conciderunt.	
		Gallus Constantij patruelis Cæsar factus.	
		Gallus Iudæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum inuaserant, oppressit, caesis multis hominum milibus usq; ad innoxiam ætatem, & ciuitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurimarumq; oppida igni tradidit.	
		Nonnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.	
		Syriæ populis crucis signum & maximo conspicientium terrore in orientali plaga apparuit.	
	18	Magnentius Lugduni in Palatio propria se manu interfecit, & Decentius frater eius, quæ ad tuendas Gallias Cæsar miserat, apud Senonas laqueo uitam explet.	358
Oly. 284.		Gennadius forensis Orator Romæ insignis habetur.	
	19	Mineruius Burdegalensis Rhetor Romæ florentissime docet.	359
		Gallus Cæsar sollicitatus à Constantio patrueli, cui in suspitione ob egregiam indolem uenerat, in Istria occiditur.	
		Syluanus in Gallia res nouas molitus 29 die extinctus est.	
	20	Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus præceptor meus Romæ insignes habentur, è quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit.	360
		Paulinus & Rhadianus Galliarum Episcopi, in exilium ob fidem trusi.	

Alcimus

† Maxentio
Constantinus &

omnino Naisum
legendū. Ipsi Con-
stantino Magni
plures edidit con-
scripserunt in eod.
Theo de hinc
uersa sunt ita
Attila.

Constantij VII.
et suo III. consule
secundæ L. 2. c. 24.

Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
	Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissimi me docent.	
	Petrus CæsarAugustæ Orator insignis docet.	
	Donatus à quo supra Donatianos in Africa dici memorauimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores eius etiam Montenses uocant, eò quod ecclesiam Romæ primam in monte habere cœperint.	
	Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer ac Dionysius Caralitanae & Mediolanensis ecclesiae Episcopi; Pancratius quoque Romanus presbyter, & Hilarius diaconus distantibus inter se ab Arianis & Constantio damnantur exilijs.	
	Julianus frater Galli Mediolani Cæsar appellatur.	
21	Antonius monachus cV ætatis anno in heremo moritur, solitus multis ad se uenientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis uiro referre quamplura, cuius nos exitum breui libello explicauimus.	361
	Hilarius Episcopus Pictauiensis factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumq; qui cum eo erant Arianorum ante triennium in Phrygiam pulsus, libros de nostra religione componit.	
B	Reliquia Apostoli Timothei Cōstantinopolim inuecta. Sarmata, † Amatas, & Macarius discipuli Antonij insignes habentur.	
	Liberius Episcopus Romanorum in exiliū mittitur.	
	Magnæ Alemannorum copiae apud Argentoratum oppidum Galliarum à Cæsare Iuliano oppressæ.	
5560	22 Saraceni monasterium beati Antonij irruentes Sarmatam interficiunt.	362
Oly.	Constantio Romam ingressò, ossa Andræ Apostoli &	
285.	23 Lucæ Euangelistæ à Constantinopolitanis miro fauore suscepta.	363
	Nicomedia terræmotu funditus euersa, uicinis urbibus ex parte uexatis.	
	Paulinus Treuitorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.	
	Euantius eruditissimus Grammaticorum Constantino poli diem obiit, in cuius locum ex Africa Cretus adducitur.	
	Synodus apud Aryminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primo legatorum, dehinc omnium proditiōe damnata est.	
	Honoratus ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Cō	

† Amos forte legendum, quem autores inter discipulos Antonij uel præcipuū numerant.

D. HIERONYMI PRESBYTERI

*Ab. Romus Scrip
Chronici*

C

Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
	Constantinopoli Praefectus urbis factus.	
	Gratianus, qui nunc Imperator est, nascitur.	
24	Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.	364
	Macedonius Constantinopoli pellitur.	
	Omnes penè toto orbe ecclesiae sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluuntur.	
	Constantinopoli ecclesiarum maxima dedicatur.	
	Meletius Sebastiae Armeniorum Episcopus, ab Achatio & Georgio Episcopis Arianis Antiochiam trāsferitur, & non post grande temporis interuallum cum presbyteros qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant suscepit fet, exilij iustissimam causam subita fidei mutatione de- lulit.	
	Gallia per Hilarium Arianensis perfidiae dolum damnat. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq; moritur anno aetatis 45.	

D

	IVLIANVS XXXVI Romanorum regnavit anno uno, mensibus 7. Vel ut aiunt alij, an: 2, mensib; 8.	
1	Iuliano ab idolorum cultu conuerso blanda persecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad sacrificandum, in qua multi ex nostris uoluntate propria corruerunt. Georgio per seditionem populi incēso, qui in locum A/ thanasij ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexan/ driam reuertitur.	365
2	Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur, è quibus Lu/ cifer accitis duobus alijs Confessoribus Paulinum Eu/ stathij Episcopi presbyterum, qui se nunquam haeretico/ rum communione polluerat, in parte catholica Antio/ chia Episcopum facit.	366
	Prohaeresius Sophista Atheniensis lege data ne Chri/ stiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specia/ liter Iulianus concederet ut Christianos doceret, scholā sponte deseruit.	
	Aemilianus ob ararum subuersionem Dorostori à Vica/ rio incenditur.	
	Ecclesia Antiochia clausa, & grauissima imminentis per/ secutionis pro cella dei uoluntate sopita est: Nam Iulia/ nus in Persas profectus, nostrum post uictoriam dijs san/ guinē uouerat, ubi à quodam simulato perfuga ad deser/ ta perductus, cum fame & siti Apostata perdidisset exer/ citur, & inconsultius à suorum erraret agminibus, ab ob/ uio forte hostium milite conto ilia perfolius interijt, anno	

Olympias

A	Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
	Oly. 286.	ætatis 32. Post quem sequenti die Iouianus ex primicerio domesticorum Imperator factus.	
		IOVIANVS XXXVII Romanorum regnavit mensibus 8.	
	1	Iouianus rerū necessitate compulsus, Nisibim & magnā Mesopotamiæ partem Saporī Persarum regi tradidit. Synodus Antiochiæ à Meletio & suis facta: in qua homousio & homousio reiecto mediū inter hæc homousion Macedonianum dogma uindicauerunt. Iouianus cruditate siue odore prunarū quas nimias adoleri iusserat † Dadastanæ moritur anno ætatis 34.	367
		Post quem Valentinianus tribunus Scutariorum *e Pannonia Cibalensis apud Niceam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit.	
		VALENTINIANVS & VALENS XXXVIII Romanorum regnauerunt annis 13, mensibus 5.	
	1	Valentinianus egregius aliās Imperator, & Aureliano moribus similis, nisi quod seueritatem eius nimiam, & parcitatem quidam crudelitatem & auaritiā interpretabantur.	368
B	2	Terramotu per totum orbem facto, mare litus egreditur, & Siciliæ multarumq; Insularum urbes & innumera biles populos oppressit. Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem inuaserat, apud Phrygiā salutarem extinctus est, & plurimi Procopianæ partis casti atque proscripti. DAMASVS XXXV Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus.	369
		Post non multum temporis interuallū Vrsinus à quibusdā Episcopus constitutus, Sicininiū cum suis inuadit, à quo Damasianæ partis populo confluyente crudelissimæ interfectiones diuersi sexus perpetrata.	
	3	Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur.	370
	Oly. 287	Gratianus Valentiniani filius Ambianis Impator factus.	
	4	Tanta Constantinopoli est orta tempestas, ut miræ magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit. Apud Atrebatas lana è cælo pluuia mixta defluxit.	371
	5	Hilarius Episcopus Pictauiensis moritur, Nicea quæ sæpe ante corruerat, terramotu funditus euerfa.	372

† Dadastæ

† videtur tale quid deesse: Post non etc. ita Baronius ad ut ex historia An. d. m. 367 nu. 15 recitat. Eusebij Eccles. siastica licet conijcere.

pluuiæ lana



D. HIERONYMI PRESBYTERI

C	Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
		Libanius Antiochenus rhetor insignis habetur.	
	5571	6 Agon Constantinopoli a Valente editus.	373
		Athanasius rex Gothorum in Christianos persecuti- one commota plurimos interfecit, & de proprijs sedibus in Romanum solum expellit.	
	5572	7 Eusebius Episcopus Vercellensis moritur.	374
		Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur. Magna fames in Phrygia. Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Gre- gorio Episcopo Hispaniarum & Philone Libyæ nuncq̃ se Arianae miscuit prauitati.	
	Oly. 288.		
† Maximinus	5573	8 † Maximus Praefectus annonae maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romae nobilium occidit. Valentinus in Britannia antequam tyrannidem inuaderet oppressus. Presbyter Syrmij iniquissime occiditur, quod Octauia- num † ex Proconsule apud se latitantem prodece noluisse.	375
† Exprocon sulem	5574	9 Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios comentatur, qui post quintum natiuitatis suae annu luminibus orbatu, elementoru quoq̃ ignarus fuit. Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exacti- onibus ante prouincias quas regebat tanquam a Barbaris uastarentur erasit.	376
D			
	5575	10 Eunomius discipulus Aetij Constantinopoli agnosci- tur, a quo haeresis Eunomiana. Saxones casti de Vfone in regione Francorum. Burgundionum LXXX ferme milia quot nunquam an- tea ad Rhenum descenderunt. Clearcus Praefectus urbis Constantinopoli agnoscitur, a quo necessaria & diu expectata uotis aqua ciuitati in- ducitur. Alexandriae xx ordinatur Episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis haereticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptae pecuniae intulerit. Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcel- lini quondam Consulis filia, unico Praetore tunc Urbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, ubi tantum uirtutum, praecipueq̃ humilitatis fuit miraculo, ut Teclae nomen acceperit.	377
	5576	11 Post Auxentij seram mortem Mediolani Ambrosio Epi- scopo constituto, omnis ad fide rectam Italia conuertitur. Oly. 289.	
		Aquileienses clerici quasi chorus L eatorum habentur. Quia superiore anno Sarmatae Pannonias uastauerunt,	

ijdem

A	Anni mudi.	Romanorum.	Anni domini.
		ijdem Consules permanere.	
	377	12 Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod græce apoplexis uocatur, Brigitione moritur. Post quem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat.	379
		Apollinarius Laodicensis iactatione ingenij quosdam errores pertinaciter asseuerans, hæresim sui nominis suscitauit, quã Damascus habito Romæ Cõcilio damnauit. Eutropius presbyter, uir eloquentia clarus agnoscitur. Multi monachorum Nitriæ per tribunos & milites caesi, Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici.	
		Theodosius Theodosij postea Imperatoris pater, & plurimi nobilium occisi.	
		Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum dogma inductum, qui multa continentia & ingenij bona uno superbia malo perdidit.	
	378	13 Basilius Casariensis Episcopus Cappadocia clarus habetur.	380
B		Alemannorũ circiter triginta milia apud Argentarium oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.	
	379	14 Florentinus Bonosus & Rufinus insignes monachi habentur: E quibus Florentinus tam misericors in egen-tes fuit, ut uulgo pater pauperum nominatus sit.	381
		Gens Hunorum Gothos uastat, qui a Romanis sine armorum depositione suscepti, per auaritam Maximiducis fame ad rebellandum coacti sunt.	
		Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thracia.	
		Valens de Antiochia exire compulsus, sera poenitentia nostros de exilijs reuocat.	
		Lachrimabile bellum in Thracia, in quo deserente equitum praesidio Romanae legiones a Gothis cinctae usque ad internitionem caesae sunt: Ipse Imperator Valens cum sagitta faucibus fugeret, & ob dolorem nimium saepe equo laberetur, ad cuiusdam uillulae casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit.	

D. HIERONYMI CHRONI
CON FINIT.

P 4 PROSPERI